

cum gaudio paradisi sed pueri sunt in doloribus penam multo magis quam
 sancti patres literati per Christum de quibus tunc dicitur. Act. ij. deus suscitavit
 Christum a mortuis solutus doloribus inferni iuxta quod impossibile erat illum tene-
 ri ab eo. **S**ensio quod secundum Augustinum super Genesim quatuor omnis regio ubi anime
 bone sunt possit paradisi merito appellari tripliciter tamen paradisi acci-
 pitur. Primo pro loco corporali ubi primus homo creatus est. Secundo pro loco
 celestiali ut pro ipso celo empyreo ubi anime beatorum divina beatitudine fru-
 untur. Tertio pro visione intellectuali vel spirituali quae divina essentia intanti-
 ne conspicitur. et ista paradisi est omnibus meliora paradisi paradisorum
 nominandus. Primus ergo paradisi pueris aperiri non potest quia peccato illo
 sunt affecti propter quod primus homo inde expulsus est. nec secunda quia illa so-
 lum beatis et sanctis angelis debet. nec tertia quia carentia visionis dei divi-
 na penitus in eis remanebit. **A**d primum ergo est dicendum quod si finis abrahe
 accipitur pro quiete que erat in limbo sanctorum patrum qui privati erant a pena
 sensibili sic pena inferni eis convenire non potest ut alii dicunt. Sed isto modo
 nec convenire possit nomen inferni limbo puerorum. Unde dicendum est ut
 dicit glossa. Sed quod licet sancti patres in sinu abrahe putentur in solitudine quie-
 tis essent propter medietatem et propter gratiam a doloribus tamen mortis sine inferni non
 erant soluti ex toto quia non meruerunt gaudia celi intrare donec implet illud
 zachariae. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti victos de lazar. Unde
 nomine inferni non meretur finis abrahe appellari secundum Augustinum propter fidem et gratiam
 am ipsius abrahe. **A**d secundum est dicendum quod pueri videbunt Christi humanita-
 tem divinitatem tamen non poterunt videre eius membra non effecti propter fidem et gratiam perso-
 nale vel sacramentale. **A**d tertium est dicendum quod lux corporalis non ordinatur
 ad spirituale propter quod privatis luce spirituali lux corporalis communicari potest non debet.

Questio xxxiii de illis qui sunt infra terram qui quando fuerunt de eterna
 quibus nunc non sunt

Nunc videndum est de illis qui sunt infra terram qui quando fuerunt de
 ecclesia quibus nunc non sunt. Circa quod queruntur quatuor. Pri-
 mo verum papa possit mandare ut quis teneatur potius velle ad
 penam inferni dampnari quam peccare mortaliter. Secundo verum papa pos-
 sit facere quod dampnati non gaudeant de penis eorum inimicorum. Tertio
 verum papa iuste possit aliquos ad penam inferni dampnare. Quarto
 verum papa possit facere quod indulgentie et suffragia ecclesie meritoria sunt
 illis qui sunt in inferno.

Ad primum sic predicatur videtur enim quod papa non possit precipere ut homo tenea-
 tur potius perire dampnari ad infernum quam peccare mortaliter quia pe-
 na inferni est eterna et irremediabilis. de peccato autem mortali potest quis
 liberari per penitentiam ergo potius tenetur homo velle peccare mortaliter